

*materia du-
plex.*

materia, alia sponte nata est, ut *anagallidis* vtriusq; *aristolochiae*, *cyclamini*, *dicetamni*, *galbani*, *genistae*, *oxyacanthae* radicis, *propolios*, *picis*, *piperis*, *porri*, *sagapeni*, *scoriæ argenti*, *sandarachæ*, *sulphuris*, *liquoris cyrenaici* & *medici*, *terebinthinæ*, ac *thapsiae*. Alia ex putrefactione, seu coascente putredine generationem sortita est, qualis est fermenti, & psorici. Fimū præterea, si eius generatio ex putrefactione constat, materia omnis attrahendi facultate pollet. De ijs lib. 5. Simpl. Galenus.

QVAE DISCVTIVNT.

Caput L.I.

*Discutientia
quaæ.*

Discutientia, quæ Græcis διαφεροτικὰ dicuntur, attestante lib. 13. Ther. method. Galen. sunt quæ per insensiles meatus educunt. Ex quorum numero sunt quæ sequuntur: *Abrotonum*, *althæa*, *adiantum*, *anethum*, *aristolochia*, *atriplex*, *aspodeli radix*, *brasicae folia*, *bstellum*, *butyrum*, *bryoniæ radix*, *cappares*, *chamælum*, *erui farina*, *furfur*, *fœnumgræcum*, *dauci semen*, *galbanum*, *hordei farina*, *triticæ*, *lupinorum*, *lini semen*, *lacha*, *ladanum*, *liliæ folia*, *malua*, *mentha*, *mercurialis*, *melilotum*, *nigella*, *nitrum*, *origanum*, *pix sicca*, *piper*, *resina omnis*, *ruta*, *stichas*, *sesamum*, *sampsychum*, *styrax*, *sulphur*, *sagapenum*, *stercus omne*, *terebinthina*.

QVAE ORA VASORVM

aperiunt.

Caput L.II.

*Aperientia
ora vasorum.*

Venarum & arteriarū ora aperientia medicamenta, Græcis ἀντομωτικὰ vocata, calida sunt, acria, mordacia, crassarum partium, & terrena, vt lib. 5. de Simpl. medic. facil. cap. 13. testis est Galenus. Eiusmodi sunt, *allium*, *anemone*, *omnes*, *cepa*, *fel taurinum*, *cyclaminus*.

QVAE VASORVM ORA obstruunt.

Caput L.III.

Obstruentia.

Obstruentia medicamenta, Græcis propriæ συνωτικæ, Galeno loco iam citato autore, dicta, sunt quæ ora vasorum constringunt & contrahunt, aut quæ sensiles excretiones cohibent. Hinc est quod alio nomine συνάγοντα, κλείστα, ηγή τριψιγόντα, hoc est, contrahentia, occludentia, & cōstringentia dicantur. Hæc frigida natura sunt, crassarum partium, & adstringentia, vt bolus armenia, *balantium*, & alia complura supra capite 49. commemorata.

QVAE RAREFACIVNT.

Caput L.IV.

Rareficiētia.

Rarefacentia, Græcis ἀρευωτικὰ appellata sunt, quæ moderato suo calore quem inferunt, cutis meatus referant ac dilatant. Horum natura modice calida, minimum desiccans, & tenuium partium, vt *chamælum*, *althæa*, & quod ex ipsis preparatur oleum: nec minus quod ex *cucumere* agresti, ouí *album*, *thus*, *oleum vetus*, & *cicinum*.

QVAE DENSANT.

Caput L.V.

Densantia.

Densantia, Græcis ψυκτικὰ dicta, prioribus plane contraria sunt, propterea q; meatus corporis cōtrahant. Horum utiq; natura frigida, nec terrea, nec

nec aerea, sed aquea, sic ut tenuem substantiam non exprimant, sed eam totam compingant, ut est aqua frigida, semper uiuum, portulaca, tribulus viridis, lens palustris, psyllium, & ut semel dicam, quae cuncte refrigerant, sed non adstringunt,

QVAE OBTVRANT.

Caput LVII.

Obturantia nominamus medicamenta quae Græcis ἐμπλαστικὰ appellantur, *Obturantia*. Eanimirum, Galeno lib. 5. de Simpl. medic. facil. cap. 10. teste, quae illata ἐμπλαστικὰ corporis meatibus tenaciter inharent. Alio nomine Græcis ἐμφρακτικά, latiniis ἐμψακτικὰ infarcentia, obstructionem facientia nuncupantur. Hæc consistentiam nausta sunt siccum, citra tamen mordicationem, terrenam, ac glutinosam: cuiusmodi sunt amylum, cerussa, calx lota, cadmia, cimolia, alica, pompholyx elota, terra Samia.

QVAE MEATVS REPVRGANT,
& obstructionem tollunt.*Caput LVIII.*

Meatus repurgantia medicamenta emplasticis contraria sunt, Græcis ἐκκαθαρτικὰ vocantur. Hæc mordacitatis expertia non sunt, sed nitrofa & purgantia. subtilia. Alio nomine ἐκφυωτικά Græcis, obstructions tollentia, & infarctū ἐκφυωτικά liberantia latinis appellantur, ut erui farina, & lupinorum, amygdalæ amarae, nitrum, aphronitrum, spumanitri, abrotонum, seriphium, vrticæ semen, scilla, iris, aristolochia, asparagus, absinthium, chamæpitys, cassutha, capparis cortex, lichen, serum lactis, & quæcunque in se vincentem amaram qualitatem obtinent. His quoque medicamentis inest, ut crassos lentosque humores extenuent. In extenuantium autem numero est artemisia, cinnamomum, hyssopus, iris illyrica, iuniperibaccæ, pulegium, stichas, & calaminta.

QVAE EXTERGVNT.

Caput LVIII.

Extergentia, Græcis ἐπίτηκα dicta, sunt quæ in superficie sordem à cute, & Extergentia. Ulceribus, Galeno vbi supra attestante, auferunt ac tergent. Differunt ab his quæ meatus repurgant, & obstructions tollunt, quod illis sint imbecilliora, & viribus inferiora, dulcia, & salta, cuiusmodi est mel, amygdalæ dulces, mulsæ, saccharum, hordeum, cicer, radix iridis, faba, sal, terebinthina, lupinorum & erui farina.

QVAE EMOLLIVNT.

Caput LIX.

Emollientia, Græcis μαλακτικά vocata, sunt quæ id quod concretum est fun- Emollientia. dunt, Galeno lib. 5. de Simpl. medic. facil. cap. 6. autore, & sensim per hanc litum discutiunt, nec admodum calida, nec valde etiam siccæ existunt. Eius generis sunt ammoniacum, adipes omnes, atriplex, bdellium, butyrum, altheæ radix, adeps caprinus & taurinus, ceræ, colophonæ, fœnum græcum, crocus, galbanum, ladanum, linum, lilium, lithargyrum, malva, nigella, opopanax, oesopus, pix, resinae omnes, medulla ceruina, & vitulina, styrax, viscum.

QVAE INDVRANT.

Caput LX.

Indurant-

LEONHARTI FUCHSII

Indurantia.

Indurantia medicamenta, Græcis ἐνδύρωνa nominata, Galeno lib. 5. de Simplic. medic. facil. cap. 9. teste, viribus sunt frigida & humida, veluti, portulaca, psyllium, lenticula palustris, semperiuium, & solanum. Siquidem concretione, non vacuatione, propriè loquendo, durum aliquid efficitur.

QVAE SVPPVRANT.

Caput LXI.

*Suppuratia.
Suppuratio.*

Suppurantia siue pus mouentia medicamenta Græcis ἐπυρετα dicta, sunt quæ humorem tumores præter naturam excitantem, & carnem contusam, in pus vertunt. Hæc cognatum ac simillimum corpori cui admouentur, & ipsa immutanti, calorem obtinent. Sunt etiam mediocriter humida, ita nimirum, ut ne caugeant, nec minuant naturalem eius partis cui admota sunt humiditatem, ut lib. 5. de Simplic. medic. facil. cap. 5. testatur Galenus, quod saltem manifestum sit, & sentiri queat, sed aliquid excrementi in vacuis spacijs contenti discunt. Talia sunt, althæa, aqua temperata, adeps porcinus, vitulinus, butyrum, crocus, cera, foenumgræcum, farina lolij, bryonia radix, capitaliliorum alborum, hordei farina, tritici farina, ladanum, lini semen, mastiche, cœlypus, pīx, thus, resina, fucus, styrax, stichas, & smyrnum.

QVAE CRVSTAS EFFICIVNT,

& adurunt.

Caput LXII.

*Crustas effi-
cientia.*

Adurentia.

Medicamenta quæ admota corpori crustas efficiunt, Græcis ἔχοντα nūnup. cupantur, & καυεινά, id est, adurentia. Hæc in quarto ordine sunt calida, & consistentia crassa, ignisq; instar, & cauterij ritu corpus colliquant, crustasq; excitant. Qualia sunt, allium, æs vstum, auripigmentum, cantharis, cínis, præserfum, flicula, calx víua, chalcanthum, chrysocolla, pyrethrum, sinapi.

QVAE PVTREFACIVNT.

Caput LXIII.

*Putrefaci-
entia.*

*Putrefaci-
entia propriæ
καθαρινά.*

*Carnem im-
minuentia.*

Putrefacientia medicamenta Græcis συπηκά vocata, sunt quæ carnem, mollem maximè acteneram, tum liquare, tum colliquare possunt, idq; absq; dolore, ut sunt arsenicum, chrysocolla, dryopteris, pityocampe, aconitum, & sandaracha. Ex ijs sunt quæ propriè putrefacientia nominantur, quæ scilicet cum foetore corrumpunt. Inter putrefacientia recensentur, quæ Græcis καθαρινά, latinis detractoria, aut carnem imminuentia, quod nimirum extimam superficiem detrahant, & carnium excrecentiam imminuant & absument, vocantur. Imbecilliora enim sunt quam quod in altum subire valeant. Cuiusmodi sunt asæ petræ flos, æris squama, æs vstum non lotum.

QVAE CICATRICEM INDVCVNT, ET
glutinant, carnemq; generant.

Caput LXIII.

*Cicatricem
inducentia.*

Cicatricem inducentia, Græcis ἐπιστηκά nominata, Galeno lib. 5. de Simplic. medic. facil. cap. 15. autore, sunt propriè loquendo, quæ cutem cōtrahunt, constringunt, cōstipant, densant, præterea siccāt, & calli instar indurant. Differunt